Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

princeps: Vnde trismegistus illum demonarchen vocat: Demones au
grammatici dictos aiunt quasi δαημονας: id est peritos ac verum scios: Hos
H. putant deos esse: Sciunt illi quidem futura multa: sed non omnia:
Quippe quibus penitus consilium dei scire non liceat: Et ideo solent
rusa in ambiguos exitus temperare: Eos poete & sciunt esse demones
& loquuntur: Hesiodus ita tradit:

Quod idcirco dictum est: quoniam custo
des eos humano generi deus miserit: Quod idcirco dicitur pdito
res hominum: custodes tamen se uideri uolunt: ut ipsi colantur: & de
us non colatur: Philosophi quoque de his disserunt: Nam plato & natu
ras eorum in simposio exprimere conatus est: & Socrates esse circa se as
siduum demona loquebatur: qui puero sibi adhesisse: cuius nutu & ar
bitrio sua uita regeretur: Magorum quoque ars omnis ac potentia horu
aspranomibus constat: a quibus inuocati uisus hominum prestigiis obcecan
tibus fallunt: ut non uideant ea: que sunt: & uidere se putent illa: que
non sunt: Hi: ut duco: spiritus contaminati ac pditi per omne tam ur
gantur: & solatium pditionis suae pdendis hominibus optantur: Itaque
omnia insidiis fraudibus erroribus complent: Adhaerent singulis hom
inibus: & omnes hostiatim domos occupant: ac sibi geniorum nomen assu
munt: Sic H. latino sermone demones interpretantur: Hos in suis pene
tralibus consecrant: His quotidie profundunt: & scientes demones ve
nerantur: quasi tirestres deos & quasi depulsores malorum: quos ipsi fac
iunt & irrogant: Quoniam spiritus sunt tenues & incomprehensibiles: insi
nuant se corpibus hominum: & occulte in uisceribus opum ualitudine
vitiant: morbos citant somniis: animos terrent: mentes furoribus ci
ent: ut homines his malis cogant ad eorum auxilia decurrere: –

QVarum omnium fallacium ratio expulsis veritatis obscu
ra est: prodesse H. putant eos: cum nocere desinunt: qui nihil
possunt aliud nisi nocere: Dicat fortasse aliquis colendos
ergo esse: ne noceant si quidem possunt nocere: nocent illi quidem: sed his
a quibus timentur: quos in manus dei potens & excelsi non protegit: Cum
prophani sunta sacramento veritatis: Iustos. uiros. cultores dei metuunt
cuius nomine admirati de corporibus excedunt: quorum ubi tamen
flagris verberati non modo demones esse confitentur: sed & nomina sua e
dunt: illa que in templis adoratur: quod plerumque coram cultoribus
suis faciunt: Non utique in obprobrium religionis: sed honoris sui: qa nec